



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

DUR. N
D. J. 2

Magistri Durandi de

9. AD Primum argumentum in oppositum dicendum
¶ possibilis vniuersitatis plurium naturarum in eodem sup-
posito non est secundum maiorem conuentientiam in natura
cum videamus quod materia & forma, substantia & accidentis
concurrant in unum suppositum naturaliter, non autem
duae materie, nec duae formae, nec duae substantiae & accidentes,
sed secundum proportionem dependentie & sufficiencie
terminantis dependentiam. Et quia in supposito diuino est
subsistentia nata terminare omnem dependentiam superna-
turalem, non autem in supposito creato propter rationes pri-
us dictas. Ideo creatura quaecumque potest existere in sup-
posito diuino, non autem in creato nisi in proprio.

10. Ad secundum cuius dicitur quod persona diuina non est
terminus vel extremus assumptionis ratione essentiae, sed
ratione proprietatis personalis quod non importat formaliza-
tionem aliquam perfectionem. Dicendum quod non est verum,
nam sicut patuit in precedenti questione, prima ratio vni-
onis naturae humanae cum persona diuina est per se subsi-
stentia persona diuina per quam potest terminare depen-
dientiam naturae assumpta, illam autem per se subsistentiam
habet ratione naturae, vel essentiae, & non ratione propri-
etatis personalis (ut probatum fuit) essentia autem diuina
cointinet omnem perfectionem naturae cuiuscumque, & cuiusli-
bet subsistentia suppositalis propter quod instantia contra
maiorem illius rationis non est bona.

11. Quod autem dicitur contra minorem quod perfectio
formalis quae est perfectio simpliciter est tota in crea-
tura superiore respectu inferioris, verum est de perfectione na-
ture, non autem de perfectione subsistentiae suppositalis.
Hac enim est aquae perfecta in creatura inferiore sicut in
creatura superiori, sicut e contrario imperfectio dependen-
tiae est tanta in accidente superioris naturae puta in intel-
ligere sicut in accidente inferioris naturae pura in albedi-
ne, propter quod cum ratio terminandi dependentiam na-
ture assumptibilis sit per se subsistentia assumpta, & hec
non est potior in natura creatra superiori quam in inferiore, nec ea
formaliter vel virtualiter continet sicut nec econverso.
Ideo una non potest subsistentia in alia. Quod vero addi-
tur quod perfectio virtualis reducitur ad aliquod genus causae,
& quod omnis causalitas communis est omnibus personis,
concedatur. Et cum dicitur quod illud quod est communis
non requirit ad terminum vel extrellum vniuersitatis. Di-
cendum quod falsum est, sed in illo non compleetur sed in
proprio, ratione cuius sit vnu cum una persona, & non cum
omnibus quantum ad personalitatem.

12. Argumentum alterius partis quanvis sit ad conclu-
sionem nostram tam multiplicitate deficit. Primo quia prin-
cipium actionis & terminus non sic correspondunt quod idem
numero vel specie sit principium & terminus nisi in actio-
ne vniuersa que nunquam est Dei respectu creature, sicut est
illa de qua queritur. Secundo, quia principium talis actionis
est tota trinitas secundum illud quod est communis
cuilibet persone, & ideo si argumentum procederet con-
cludetur quod non posset fieri vnu naturae assumptibilis
nisi cum tota trinitate. Tertio, quia terminus assump-
tionis non est suppositum, sed esse vnu vel ipsa vnu,
quia terminus actionis non precedit actionem, sed sequitur
cum per eam acquiratur, suppositum autem cui sit vnu
precedit actionem assumptionis, ideo &c.

1. Inf. d. 5.
2. 2.

Sententia huius distinctionis. II. in generali & speciali.

E T quia in homine Superiorius determinauit Magister
de incarnatione ex parte personae assumentis. Hie de-
terminat de ipsa ex parte naturae assumptionis. Et diuiditur
in tres. Primo ostendit quid sit assumptum. Secundo qua-
le fuit quod assumptum est. Et tertio quo agere factum fue-
rit id quod assumptum est. Secunda dist. 3. ibi, queritur
etiam de incarnatione verbi. Tertia dist. 4. ibi. Cum vero
incarnatio. Prima est principalis lectio. Et diuiditur in
duas. Primo ostendit quid sit assumptum quia natura hu-
mana integra ex suis partibus coniunctis. In secunda de-
terminat ordinem assumptionis. Secunda ibi, assumpsit igitur
filius dei. Et ista diuiditur in duas. Primo ostendit or-
dinem naturae. Secundo ordinem temporis. Secunda ibi,
si autem queritur vnu verbum. Hac est diuisio & sen-
tentia lectionis in generali.

Sancto Porciano

2. IN Speciali sic procedit, & primo proponit quod quia
primus homo totam naturam humanam corrupserat (sic
licet corpus & anima) ideo filius dei carnem & animam as-
sumpsit ut tota curaret & sanctificaret. In Christo enim
est una persona & duas substancialiter, scilicet diuina & humana, ergo
se habuit humana, habuit vnu naturam animam & corpus,
qua nomine humanitatem anima & corpus intelligitur.
Ponite vero excludit errorum quorundam dicentium quod fi-
lius dei carnem humana vel humanitatem non assumpsit,
sed secundum quosdam proprietatem sue habitum nomine hu-
manitatis intelligentes non substancialiter sed proprietatem
quandam quia homo nominatur, occasionem fuentes ex
dictis Dam. qui dicit quod in domino Iesu Christo non est
communum speciem accipere, ex quo videtur quod non
assumpsit vere corpus & anima sed inuicem coniuncta, quia
sic fuit eiusdem & communis speciei cum aliis. Sed istud
non valet, quia intentio Ioan. Dam. non fuit quod Christus
non vere assumpsit corpus & animam adiuicem vnitam,
sed fuit intentio sua quod Christus prout nominat supposi-
tum constitutum ex humanitate & diuinitate non fuit sub
aliqua specie communis, quia nec sunt, nec fuerint, nec erunt
plures Christi habentes communem speciem, sicut sunt
plures homines habentes vnam humanitatem commu-
nem secundum speciem, assumpsit tamen filius dei veram
humanitatem non in vnuiversali (scilicet Platonici posuerit
ideam hominis) sed in singulari constitutam ex hoc cor-
pore & hac anima quae cum diuinitate non habet commu-
nem speciem cum quocumque alio supposito. Deinde dicit
quod filius dei assumpsit carnem & animam, & omnem proprie-
tatem ipsius decentem. Praterea dicit quod quanvis virum
que (scilicet corpus & animam assumpsit) tamen affun-
dit carnem mediante anima, quia tantum simplicitatis est
diuina natura quod non debuit immediatè vnius carni de
lito formata, sed mediante spiritu create (scilicet anima)
que quidam vnu ab intellectu humano investigari non po-
test. Nec corpus phantasticum, sed corpus verum de mulie-
re natum assumpsit quod quidam hereticis negant, unde er-
ror eorum patet per simile de radio solis. Ultimo dicit quod
Christus carnem simul tempore & animam assumpsit, & quod
non fuit caro prius concepta quam deo vnitam, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum vna persona diuina possit assumere
naturam irrationalis.

Tho. 3. p. q. 4. ar. 1. Henr. quodl. 13. q. 5.

C Irca secundam distinctionem primo queritur, vtrum
persona diuina possit assumere naturam irrationalis.
Et videtur quod non, quia infinita natura non est capax
supremi doni, quanto enim natura est nobilior rati-
onis est capax potioris doni. Sed supremum donum naturae
creatas communicatum, & etiam communicabile vide-
tur esse assumptum à persona diuina, ergo creatura irratio-
nalis que est infinita, non est huius doni capax.

a Item assumptio terminatur ad vnitatem personae, sed
creatura irrationalis non est capax personalitatis, quia secun-
dum Boëtium, persona est rationalis naturae individua
substancia, ergo creatura irrationalis non est assumptibilis.

b Item si creatura irrationalis est assumptibilis, vni-
retur perfectio diuina naturae quam natura rationalis, sed
hoc est inconveniens, ergo & primum. Probatio confe-
quentiae, quia si lapis assumeretur, non solum esset verum
dicere quod lapis esset deus, sed etiam quod quelibet pars lapidis
esset deus, quia si verum est dicere quod lapis esset deus,
& quelibet pars lapidis esset lapis, consequens est quod que-
libet pars lapidis esset deus, sed per assumptionem naturae
rationalis pura humanitas, licet sit verum dicere quod ho-
mox sit deus, non tamen quod quelibet pars hominis sit deus,
puta pes vel manus, quare &c.

4. IN CONTRARIUM arguitur, quia si Deus
manans infinita virtutis, non esset intellectualis, nec per
consequens persona, nihilominus posset assumere naturam
irrationalem in unitatem suppositi, sed per hoc quod est
intellectualis, nihil deperit ei de perfectione potentiae &
infinitatis, ergo sicut posset tunc assumere naturam irra-
tionalis, sic & nunc.

5. Item

Lib. III. Distinctio. II.

⁵ Item Augustinus de vera religione dicit q̄ Christus non assumpsit corpus, ut ostenderet se visibilem, sed assumpsit verum corpus hominis propter alium finem, quia ille lud, feliciter ostendere se visibilem, potuisse facere in corpore aereo, assumendo illud: & constat quod aer est creatura irrationalis, quam tamen innuit Augustinus posse assumi, quare &c.

⁶ R E S P O N S I O . Circa istam questionem est duplex opinio. Prima aliquorum dicendum q̄ persona diuina nō potest assumere aliquam naturam irrationalem, quod probant sic. Illa natura nō est assumptibilis in unitate personae diuinae, cuius nulla potentia est eleuabilis ad visionem & fruitionem diuinā essentia; sed in natura irrationalis est huiusmodi, quia nulla eius potentia est eleuabilis ad videndum deum, & fruendum eo, ergo natura irrationalis non est assumptibilis. Minor de se patet. Sed maior probatur tripliciter. Primo sic, sicut se habet esse naturale ad posse naturale: sic esse supernaturale ad posse supernaturale, sed nulla virtute fieri potest, q̄ aliqua creatura habeat esse naturale, quin habeat aliquid posse naturale, ergo nulla virtute fieri potest, q̄ aliqua natura habeat esse supernaturale, & nō habeat aliquid posse supernaturale. Sed per assumptionē fit q̄ natura assumpta habeat esse diuinum supernaturale, ergo per eandem fit q̄ habeat ad posse diuinum & supernaturale: tale autem posse, est ad visionem & fruitionem, quare &c.

⁷ Secundo sic, cui non potest communicari minus, nec maius, sed minus est videre deum, & frui deo, q̄ assumi ad unitatem suppositū vel personā diuinā, vt patet per Aug. super illud Ioannis. Verbum caro factum: vbi dicit q̄ quia Euangelista præmisserat, quod dedit eis potestem filios dei fieri: ne homo miraretur & discrederebat, subiungit quasi maius: & verbum caro factum est. Ex quo video quod maius sit naturam eleuari ad unitatem suppositū diuini, quam potentiam eleuari ad visionem & fruitionem dei, ergo illa natura non potest eleuari ad virtutem diuinā personae, cuius potentia non potest eleuari ad visionem & fruitionem diuinā essentia.

⁸ Tertio sic, si aliqua creatura posset assumi, cuius potentia nō posset eleuari, fortiori ratione posset assumi creatura eleuabilis absq; eo quod actu eleuaretur: sed creatura irrationalis, cuius potentia est eleuabilis ad visionem & fruitionem dei non potest assumi nisi potentia eius actu eleuetur, ergo multo minus potest assumi creatura irrationalis, cuius nulla potentia est eleuabilis. Minor probatur, q̄ si natura irrationalis posset assumi nō eleuari suis potentias cū ipsa sit manēs, fit peccabilis, sequeretur q̄ per unitatem diuina assumens ralē naturā posset peccare, quod est inconveniens, & multis videatur impossibile.

⁹ Quicquid sit de conclusione, rationes tamē iste non valent, concepsis enim minore principali rationis que de se nota est. Dicendum est ad maiorem per intercessionē, nō enim oportet q̄ illa natura sola sit assumptibilis ad unitatem personae diuinae, cuius aliqua potentia eleuabilis est ad visionem & fruitionem dei. Et ad primā probationē eius respondet est, cū dicatur q̄ sicut se habet esse naturale ad posse naturale, &c. concedatur, sed cū dicatur q̄ natura assumpta per assumptionē habet esse diuinum & supernaturale. Dicendum q̄ falsum est. Natura enim assumpta nullū est intrinsecum sibi habet, quod non habuisset si sibi fuisse derelicta, & haberet si sibi relinquetur: sed per assumptionē sit q̄ suum esse naturale & intrinsecū habet in supposito diuino, & eodem modo potest natura assumpta non debet habere alia operationē, q̄ naturalem ex vi assumptionis, sed illam habet in supposito diuino, ita vt dicatur esse illius suppositū tantū operatis. Quod autem per assumptionē natura assumpta nō acquirat esse supernaturale, cū corresponeat in potentia posse supernaturale, quale ponunt (scilicet vt possit in visionem & fruitionem essentiae diuinae) patet, quia esse & posse sibi correspontentia sic se habet, quod potentia nunquam potest in actu operationis sua, nisi natura habeat actu esse, sicut videmus in naturalibus, ex quibus ipsi similitudinem sumunt. Nulla enim res potest habere operationem naturalem, nisi habeat esse naturale: si ergo posse in visionem diuinā essentiae corresponteat esse assumpto, impossibile

Quæstio I.

215
est q̄ aliqua creatura videret Deū per essentiā, nisi esset actus assūptus à persona diuina, quod est manifestē falsum & erroneū. Itē si eleuata essentia ad esse diuinū per assumptiōnē necesse sit potentia eleuari ad posse in diuinā operationē, nō solū oportet q̄ vna potentia eleuaretur ad tale posse, sed oēs potentias illius nature, quia nō ponitur eleuatio potentias ad tale posse, nī propter eleuationem essentiae ad tale esse. Omnes autē potentias supponunt natūram, & in ipsa fundatur: ergo ea eleuata oēs eleuātur: hoc autē est fallax, tunc quia natura humana nō esset assumptibilis, quia non oēs potentias eius sunt eleuabiles ad visionem & fruitionē diuinā, sed solū in intellectu & voluntā eleuātur. Eleuātur ergo potentia & essentia proportionabiliter, quia sicut nō eleuāt essentia, vt habeat intrinseco, & inherenter aliiquid esse q̄ prius nō habebat, sed solū vt sit altioris suppositū, sic eleuātur potentia, nō vt habeat aliud quod posse q̄ prius nō habebat, vel aliquem actum, sed quia ipsa & actus eius fiunt altioris suppositū, tanquam operantis.

¹⁰ Ad secundam probationē dicendum q̄ non oportet, quod maius nō possit communicari ei cui nō potest communicari minus, nisi maius & minus sint eiusdem rationis, vel saltem minus includatur in maiori, sicut minus est volare, q̄ intelligere: & tamen homo qui potest intelligere, non potest volare: eleuatio autem potentias ad fruitionem & visionem diuinā, & eleuatio naturae ad unitatem diuinę personae non sunt eiusdem rationis, vt de se patet, nec vnum includitur in altero, sicut probatū fuit, sunt enim separabilia, quare &c. Vel potest dici ad minorē rem per intercessionē, quia assumi in unitatem diuinę personae non est maius, accipiendo maius pro meliore & digniore, q̄ videre deum, & frui deo: sicut enim melius est deum mente concipere, q̄ carne si h̄c ad inuicem separantur (vt dicitur in libro de sancta virginitate) par ratione melius est & dignius videre deum per essentiam, q̄ vniū deo per subsistēti, si h̄c ad inuicem separantur, & quod dicit Aug. Super Ioan. i. non sic accipiendū est quasi melius & dignius sit assumi, q̄ filium dei fieri, sed quia maior dignatio ostenta est in uno q̄ in alio: & ideo dato illo datur confidētia de alio, vel dato q̄ est maius assumi, q̄ filium dei fieri in natura, quae est capax vniū, puta in homine, in quo proposito loquitur beatus Aug. tamē in creatura, quae non est capax diuinae filiationis (vt est creatura irrationalis) maius est filius dei fieri, q̄ assumi, quia primum implicat contradictionē, secundum autem non. Prima tamen respōnsio melior est.

¹¹ Ad tertiam probationē patebit responsio infra dist. 12. q. 2. quando quererit vrum Christus potuerit esse.

¹² Dicendum est ergo aliter ad quæstionem. Primo q̄ Deus de potentia absoluta naturam irrationalē petuit assumere. Secundo q̄ de potentia ordinata hoc non accedit. Primum patet sic, quia si Deus non potest assumere creaturā irrationalē hoc est vel ex defectu diuinē positionis non potens terminare dependentiam talis naturae, aut ex parte naturae non potens carere propria subsistētia sui esse. Primum non potest dici propter infinitatem diuinā perfectionis, in qua est ratio subsistētiae cuiuscunq; suppositū. Nec secundū similiter, quia quelibet creatura potest carere propria subsistētia, vt probatū est supra. Et specialiter patet hoc de creatura irrationali, quia si ea q̄ sunt perfectionis possint separari à creatura rationali qua est perfectior, à fortiori ratione possit separari à creatura irrationali, qua est imperfectior, sed sub sistere in se est pfectio, vt probatū fuit supra, & tamē potest separari à creatura rationali (vt patet de humanitate absūptā) ergo potest separari à creatura irrationali, quo facto necessariū est existeret in alieno supposito, sed nō creāto, ergo increāto. Secundo patet idē sic, quia si creatura irrationalis est inassumibilis, tunc separata anima à corpore Christi fuisse separata diuinitas ab eodem, quia corpus sine anima est natura irrationalis: consequens est falsum, ergo & antecedens. Quod consequens sit falsum patet, quia fides poni filium dei fuisse in sepulchro in tri duō mortis: hoc autē non intelligitur secundum deitatem, secundum quam est vbiq; quia eodem modo patet &

d. 1. q. 2.
num. 8.

d. 1. q. 2.

spiritus

Magistri Durandi de

spiritus sanctus fuerunt in sepulchro, ergo intelligitur se cundum naturam assumptam, non secundum animam, quia secundum illam descendit ad infernum, ergo secundum corpus, quod non esset si diuinitas esset separata a corpore.

¹³ Ad hoc respondetur, quod hoc non est contra positionem precedentem, quia dato quod suppositum diuinum remanerit vnitum cum corpore anima separata, non propter hoc potest dici quod creatura irrationalis sit a summis vel assumpta, quia tale corpus non erat simpliciter creatura irrationalis, sed rationalis aliquo modo, scilicet per participationem in quantum erat natum anima reuniri. Sed istud non valet, quia corpus Christi mortuum, aut erat corpus per aliquam formam, quae non manerit adueniente anima in reunione, vel quae manerit simul cum anima. Si primo modo tunc tale corpus non erat reunibile anima nisi sui corruptione, hoc est, corrupta forma, per quam erat corpus, hoc autem modo quodlibet corpus comunicans cum homine in materia est vniuersale anima: id est vel per multa media & opera naturae, vel immediate per diuinam virtutem, si ergo propter hoc dicitur corpus rationale per participationem, & per consequens vniuersale suppositum, quia sui corruptione potest vniuersi anima: tunc quoilibet corpus generabile & corruptibile est vniuersale suppositum diuinum, quia est rationale, & per participationem, quod est contra eos. Item illa forma qua corrumperitur nunquam anima vniuersit, nec est vniuersalis, & tamen de nouo fuit vniuersa verbo: ergo quoniam ipsa sit pure irrationalis natura purae irrationalis, quia secundum naturam tale corpus non est reunibile nisi sui corruptione, & per multa media ergo secundum naturam suam non est rationale per participationem. Quod si diuinam virtutem sit reunibile, eodem modo posset anima vniuersi quodcumque corpus, in quo est etiam forma corporis, puta corpus lapideum effigia tum ad modum corporis humani, vel quodcumque aliud simile: & tamen talia sunt naturae penitus irrationalia, quare &c. Pater ergo quod quantum est de potentia absolu ta, Deus potuit assumere creaturam irrationalem.

¹⁴ Secundum patrem, scilicet quod de potentia ordinaria non decuit quod alius fuisse, nisi creatura rationalis & humana. Et hoc pater primo ex fine assumptionis: ex fine enim summae est ratio eorum que sunt ad finem. Finis autem assumptionis fuit curatio naturae assumptae, ut patet per scripturam vbi cungloquitur de hac materia: & Damasc., lib. q. illud quod est inassumibile est incurabilis, ex quo potest sic argui, non decuit quod aliqua natura assumeretur, nisi que curaretur, vel esset curabilis, sed creatura irrationalis non est curabilis, quia nec est susceptiva infirmitatis peccati, de cuius curatione loquimur: natura vero intellectualis & angelica, licet fuerit peccati suscep tiva, peccatum tamen eius fuit irremediabile: sola autem natura humana curatione indiguit, & ea suscipere potuit, ergo sola natura humana aliud debuit. Secundo patet idem ex modo curacionis, quia per meritum & satisfactionem assumptis sumus curati, tunc sic. Quod non est voluntarium non est meritorium, sed quicquid fieret in natura irrationali si assumeretur esset in voluntariu, vel magis non voluntarium, quia voluntate non habet, licet esset voluntarium voluntate diuinam, sed illud non est mereri, ergo nihil tale esset meritorium ad finem nostrae redēptionis: non decuit igitur quod natura irrationalis assumeretur.

¹⁵ AD Primum argumentum dicendum quod infinita natura non est capax supremi doni, si esset donum communicationis per inherētiā, quia non quacunq; forma nata est recipi in quacunq; materia, sed nobilior in nobiliōri, si autem sit donum communicatiū per habitudinem relatiuam nulli prohibet quod communetur infinita natura, sicut supremus, & sic est in propōto, quia natura assumpta non est in aliumento per inherētiā, nec conuerio, sed per habitudinem relatiuam, non quamcumq; sed dependentis ad terminum dependentis, ut in quo exsistit.

¹⁶ Ad secundum dicendum quod licet natura irrationalis non sit personalis personalitate propria, est tamen

Sancto Porciano

personalis in personalitate aliena, quia in aliena persona potest existere, nec alter personatur assumptum in aucto riente. Dato etiam quod non possit personari personalitate aliena, possit tamen suppositari in supposito alieno, quia sibi non repugnat ratio suppositi, nec proprii, nec alieni, & hoc sufficeret ad assumptionem.

¹⁷ Ad tertium dicendum quod si creatura irrationalis vni retur personam diuinam, non vniretur perfectius quam natura rationalis. Quod autem ibi esset comunicatio idiomatum totius naturae assumptae & partium eius cum persona anima mente non esset proper perfectior in vniione, sed quia talis natura, puta lapidis vel aeris homogenea, hoc est vniuersa natura in toto & in partibus, non sic autem crea tura rationalis: & ideo illud quod prædicaretur de toto, prædicaretur de partibus in natura irrationali, non autem in rationali. Nec adhuc sequitur quod qualibet pars lapidis sit Deus, quia cum dicatur lapis est Deus, verificatur pro supposito sub hoc sensu, suppositum habens naturam lapidis est Deus: quoniam autem dicitur in minore, quod qualibet pars lapidis est lapis: lapis ibi accipitur pro natura, & non pro supposito, propter quod medium variatur.

QVÆSTIO SECUND A.

Vtrum filius Dei assumperit naturam humanam quo ad partes omnes simul, an ordine quodam.

Thom. 3. q. 6. art. 5.

Secundo queritur, vtrum filius Dei assumperit naturam humanam quoad totum & partes simul, an ordine quodam. Et videtur quod simul & non vnum mediante altero, quia si esset ibi aliquis ordo, hoc esset, aut quia totum assumere mediante partibus, vel partes mediante toto, aut vna pars mediante alia, non totum mediante partibus, quia aut hoc esset mediante partibus diuisus, aut coniunctus, non mediante partibus diuisus, quia partes humanae naturae non fuerint a principio ipsum assūmpti, nec mediante partibus coniuncti, quia partes coniunctae sunt idem quod toto, eiudem autem ad seipsum non est medium: ergo toto non fuit assumptum mediante partibus.

¹⁸ Item nec partes mediante toto, quia secundum Damascum, natura quia primo verbum assumpsit, num dicitur, sed confitat quod naturam humanam, quoad totalitatem suam, dimisit in morte (alioquin non fuisset vere mortuus) ergo non primo assumpsit totam naturam, & per eas partes, sed postea ecclouero. Et iterum sublati medio, per quod aliqua vniuntur, auferunt vno eorum, sed in morte Christi, ut dictum est, ablata fuit natura humana quod ad totalitatem suam, & tamen non fuit sublata vno per non diuina cum partibus humanae naturae: ergo toto non fuit medium unionis respectu partium.

¹⁹ Per idem probatur quod caro non fuit assumpta mediante anima, quia sublata vniōne animae ad carnem, non fuit sublata vno persona diuina ad candeam: ergo illa anima non fuit medium quo caro vniretur verbo: & per eandem rationem nec caro fuit medium quo anima vni retur.

²⁰ IN CONTRARIUM arguitur, quod partes assumptas sunt mediante toto, quia Damasc. dicit, lib. In domino Iesu Christo non partes partium intuemur, sed quae proxime opponuntur (scilicet humanitatem & diuinitatem) humanitas autem est quoddam totū quod com ponitur ex anima & corpore: ergo filius Dei assumpsit partes mediante toto.

²¹ Sed quod assumperit totum mediante partibus, arguitur sic, prioribus prius facta est vno, sed partes sunt priores toto, ergo prius facta est vno cum partibus, quam cum toto. Et hoc videtur dicere Aug. in lib. de Agone Christi dicens quod inuisibilis & incoenitabilis veritas per spiritum animam, & per animam corpus, & sic totum hominem assumpsit.

²² Quod autem assumperit corpus mediante anima videtur per Aug. qui dicit ad Volusianum quod ipsa magnitudo diuinae virtutis animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanum totum hominem in melius mutantem coaptravit.

7 R.E.

7 RESPON SIO. Simultas & ordo aliquorū potest attendi dupliciter. Vels secundum rem, vel secundum rationem. Si secundum rem adhuc dupliciter, quia vel secundum tempus, vel secundum naturā tantum. Et in his omnibus deducetur conclusio. Si ergo quātūr de simulatē vel ordine temporis in assumptione humanitatis & partium eius; sic dicendum est & nūllus fuit ordo temporis, sed simul in eodem instanti temporis, fuit caro Christi concepta & animata anima rationali & natura humana ex his perfecte vniā verbo. Quod patet sic. Caro non prius tempore fuit concepta quam verbo vniā, nec econuenio, nec prius verbo vniā quam animata, ergo simul fuit caro concepta animata & natura perfecta verbo vniā, consequentia patet, quia quando aliqua sunt simul in eodem instanti quicquid est simul cū vno est simul cū alio, fieri conceptio carnis & eius vniō cū vno fuerit simul & non vniō prius altero, si animatio carnis fuit simul cum conceptione sequitur necessario quod fuit simul cū vniōne, ita vt hæc tria essent simul, conceptio, animatio, & vniō.

⁸ Antecedens probatur quantum ad duos articulos quos continet. Primus est q̄ caro Christi non prius fuit concepta quam verbo vniata. Et hoc patet sic, quia Filius dei dicitur fuisse conceptus ex virginē (Luc. i. Ecce con pieces in vtero &c. Et in symbolo Apostolorum de Filio dicitur qui cōceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virginē). Hoc autē non potest dici ratione diuinae nature quia secundum illā non fuit ex matre conceptus, sed à pa tre aeternaliter genitus, ergo secundum naturā asumpta, non ratione anima, quia illa est per creationem, ergo ratione carnis, sed ratione carnis non potest dici conceptus nisi in eodem instanti caro esset verbo vniata, quia vno fuit cōmunicationem idiomatum, ergo &c. Similiter caro non potuit prius esse vniata quād concepta, quia nihil potest vniari alteri antequam sit, sed caro Christi incepit esse per conceptionem, ergo non potuit prius esse vniata quād concepta, & sic patet primus articulus antecedentis. vñ. de Augustinus de fide ad Petrum. Firmissime tene & nū latenus dubites non carnem Christi sine deitate conceputam in vtero Virginis.

9 Secundus articulus est q̄ caro Christi non prius fuit concepta quam animata, & hoc patet sic, agens infinitę virtutis simul & in instanti materia disponit & vltimam formam inducit, nisi sit successio congrua fini, quę inten-dit, quia nō potest ibi esse successio ex resistencia pafsi ad agēs infinitę virtutis nisi sit ibi successio ex libera voluntate agentis considerantur successioneē congruere fini actionis, sed in conceptione carnis Christi spiritus sanctus qui est infinitę virtutis fuit agens secundum illud Luc. i. Spi ritus sanctus superueniet in te, &c. Nec congruebat fini huius actionis successio, ergo simul & in instanti in conceptione carnis Christi materia fuit disposita & anima rationalis introducta. Quid autē fini huius actionis nō congrueret successio, nec erit actioni. Patet, quia si fuisse prius caro concepta, q̄ animata cum nō prius fuerit concepta q̄ verbo unita ut statim probatū est, sequeretur q̄ filius assumptus carnē habetēm esse carnis per aliam formam, q̄ fit anima rationalis, sed cōtās q̄ adveniente anima illa cōcessit, ergo frustra fuisse aliumptū prima, quia ad finem assumptionis nihil fecisset, id. ad redēptionem hominis. Patet ergo quod simul fuerunt hæc tria carnis cōceptionis, eius animatio & vniō vtriusq; cum persona verbi. Et hoc est quod dicit Dānāsc. lib. 3. simul dei verbum caro, simul animata caro rationalis & intellectualis, nul lus ergo fuit ordo temporis.

10 Sed dicet aliquis quod insufficiēt inductum est, quia posset dici q̄ anima prius tempore fuisse creata, & verbo unīta q̄ caro concepta & animata, & verbo unīta. Et sic creatio animar̄ & eius nūm cōsiderat tempore illa tria quae supra dicta sunt. Sed istud non valet, quia forma nunq̄ tempore prēcedit cōpositum cui dat esse & speciem (vt patet ex. 11. Metaph.) Cum igitur anima sit forma dans esse & speciem homini quod facit per unōnem sui cum materia, inconveniens est dicere quod fuit anima Christi prius tēpore creata & à verbo afflūpia, quam carnē unīta. Et ideo dicit Damaſc. lib. 3. nō vt

Quæstio II.

quidam mentiuntur ante eam quæ est in Virgine incarnatione intellectus est iunctus dei verbo. Nullus ergo fuit ordo temporis in prædictis.

Si autem loquamur de ordine naturae, sic dicendum est quod conceptio praesensit animationem & animatio vniuersitatem naturae cum verbo. Sed in ipsa assumptione nullus fuit ordo, nec totius ad partes, nec partiis ad totum, nec partium ad inuicem. Quod autem concessio praesensit ordine naturae animationem. Patet sic, dispositio materiae qualiscumque sit illa praecedit secundum naturam introducitorem formam. Sed primum vocatur conceptio in proposito nostro, non enim conceptio fuit aliud nisi preparatio materie. Secundum vocatur animatio, ergo conceptio secundum naturam fuit prior animatione. Quod autem animatio similius precesserit vniuersitate naturae cum verbo. Patet sic, prius secundum naturam aliquid est actu ens in se & vnitum alteri a quo non habet formaliter suam actualitatem, quod dicitur a propero materiae quia nullam actualitatem habet nisi per formam, & ideo non est prius actu ens, sed forma vnit. Sed in ceteris infallibiliter verum est, oportere enim omne illud quod vnitur alteri, esse aliquid in se vel in potentia, quamodo vnitur suę formę substantiali, vel in actu quando vna tur alteri, a quo non habet formaliter esse in actu, sed natura assumpta a verbo non habet ab ipso esse formaliter, sed effectu solum sicut ceterae res, ergo natura assumpta prius fuit ens actu, quam verbo vnit. Sed actualitas eius est per vniensem formam cum materia quam vocamus animationem, ergo animatio praesensit secundum naturam vniuersitatem ad verbum. Et sic patet quod ordine naturae conceptio praesensit animationem, & animatio assumptionem naturae a verbo.

12 Quod autem in ipsa assumptione non fuerit aliquis ordo naturae, patet, quia illa ordo vel est ex parte assumptionis, vel ex parte assumptionis, non ex parte assumptionis, quia non ponitur fusio nisi una assumptionis. Vnius autem ad seipsum non potest esse realis ordo, ergo ex parte assumptionis non potest poni aliquis ordo realis. Ita nec ex parte assumptionis comparando totum ad partes, & econuerso, quia inter illa non est realis ordo naturae, quae sunt penitus idem, & vnum clauditur intrinsecus in intellectu alterius, sed totum compositum & partes eius ut vna sit, sic enim assumptione sunt, ut huius probatur est, sunt penitus idem, totum enim non est aliud quam partes unitae, & partes unitae quod totum coniunctum est: vnum etiam clauditur intrinsecus in alterius intellectu, quia impossibile est intelligere coniunctum nisi ex partibus unitis, & econuerso, impossibile est intelligere coniunctionem partium, nisi intelligendo coniunctum ex eis, immo utrobique formaliter, videatur esse idem conceptus, ergo inter ista non potest esse realis ordo. Ita vna assumptione est vnius ad vnum, sed assumptione humanae naturae fuit vna & ad vnam, quia ad personalitatem filii, ergo fuit vnius assumptionis, sed coacta & natura humana integra ex partibus suis fuit assumptionis, ergo tam ipsa quam partes eius fuerunt assumptione ut vnum, & ita non fuit ibi aliquis ordo realis. Periclitus patet quod vna pars, putato, non fuit assumptione mediante alia (Anima) quia quando aliquid vniatur duobus, non ut duo sunt, sed vna, neutrum enim est medium: ubi enim est medium, ibi est necessaria distinctio medij ad ea quorum est medium, sed persona diuina fuit vna per se carnis & animae non ut pluram, sed ut vnum, scilicet inquantum sunt partes vnius naturae humanae, ergo vnum non fuit assumptione mediante altero. Et sic patet quod in assumptione non fuit aliquis ordin temporis, nec aliquis realis ordo naturae.

Si autem loquimur de ordine rationis, sic dicendum est, quod in assumptione fuit talis ordo, scilicet quod totum prius fuit assumptum quam pars, & inter partes prius anima & caro: & inter partes animae prius mens, quae spiritus vocatur, quam pars sensitiva. Hic autem ordo potest attendi quantum ad duo, scilicet quantum ad dignitatem naturae assumptibilis, & sic quod dignius est prius est. Constat autem quod totum est dignius sua parte, & inter partes anima dignior carne, & inter partes animae pars intellectulis, quae vocatur mens seu spiritus, dignior est pars sensitiva, que ab soluto nomine vocatur anima a doctoribus, ergo prius est assumptum totum quam aliqua pars eius secundum ordinem dignitatis, & inter partes similiter est talis

Magistri Durandi de

ordo qualis dicitur est. Alio modo potest sumi hic ordo se
cundum fructum assumptionis qui est curatio naturae hu
manae, & sic quod perfectius recipit hunc fructum prius
est assumptum. Constat autem quod perfectius recipit fructu
totum, quam aliqua pars, & perfectius anima quam cor
pus. & superior pars anima, quam inferior, & ita secun
dum rationem est inter ea talis ordo.

14. A D Primum argumentum dicendum quod nullus
fuit ibi ordo realis temporis vel naturae: fuit tamen ibi or
do secundum rationem, qualis dicitur est, quo ordine totu
rū fuit prius assumptum quam partes: & ideo concedenda
est prima deductio, que hoc probat.

15. Ad secundam deductionem, que videtur probare
contrarium, dicendum quod Damascenus intendit quod natura
quam primum verbum assumpit, nunquam dimisit totaliter
quoniam vnitate vel eti, vel partibus eius, nec propter hoc
intendit quod primum partes fuerint vnitate quam totum, nisi
quis velit dicere quod immo pro tanto, quia illud quod est ult
imum in resolutione est primum in compositione. Sed illud
solum habet locum in his quae vniuntur ad uniuersitatem
naturae, & non solum secundum beneficium vniuersitatis
sicut facta est vno naturae humanae, & partium eius cum
persona verbii. Tunc enim est vno, & solutio eius quocumque,
propter placitum vniuersitatis, & congruitate vniuersitatis, & quia per
sona verbii voluntarii assumpit humanam naturam, ut nos
per mortem redimeret, & repararet per resurrectionem, ideo
prius soluta est vno cum toto per mortem manente ea
cum partibus, propter futuram resurrectionem.

16. Ad aliud dicendum quod sublatio medio vniuersitatis si sit
reale & medium necessitatis non solum quoad fieri, sed
quoad esse solutio vno, totum autem non ponitur mediis
respectu vniuersitatis partium secundum rem, nec medium ne
cessarium in fieri & in esse, sed solum ponitur medium se
cundum rationem, propter congruitates prius allegatas.
Et ideo non oportet quod soluta vno cum toto soluta
fuerit vno cum partibus. Et per idem patet responsio ad
aliud de anima respectu carnis, & conuersio.

17. A D argumentum alterius partis dicendum quod
ex auctoritate Damasceni, non plus habetur, nisi quod
verbum prius per se assumpit & directe naturam integrā.
Partes autem non assumpit secundum se, sed in quantum
sunt de intrinsecitate naturae, & in hoc non est aliquis or
do secundum rem.

18. Ad aliud cu dicitur quod prioribus prius facta est vno,
dicendum quod non est verum, immo potius dicendum est econ
uersio, quia quando duas actiones sic se habent, & una se
sequitur alteram, ubi finitur prima, ibi incipit secunda, sed
formatio naturae humanae in suis partibus praecedit ordi
ne naturae vniuersitatis verbo: & ideo illud est per se pri
mo vnitum verbo, ad quod terminata est prima actio, &
illud est natura integra.

19. Et ad auctoritates Augustini dicendum quod Aug. in
tendit ponere ordinem inter partes assumptionis. Non ordi
nem rei, sed rationis, qui attenditur secundum digni
tatem naturae assumptionis & fructus assumptionis. Quod
autem videtur innuere in fine cuiuslibet auctoritatis, &
totum sit assumptionem medianib[us] partibus, non sic est ac
cipiendum quod partes aliquo modo sunt praesumptiones toti,
sed intēdit quod natura integra ex omnibus partibus as
sumpta est, & non altera pars tantum.

Q V E S T I O T E R T I A .

Vtrum natura humana fuerit assump
ta mediante gratia.

Tho. 3. q. 6. ar. 6.

Tertio queritur, utrum natura humana fuerit assump
ta mediante gratia. Et videtur quod sic, quia sicut
medium supponit primum, ita ultimum supponit medium, sicut
sed tres sunt modi, quibus Deus est in rebus, quorum pri
mus est per communem illapsum, per quem modum est
in omnibus generaliter, scilicet per essentiam, presentiam,
& potentiam. Secundus est per gratiam, per quem modum
solum est in creatura rationali specialiter. Tertius est mo
dus per assumptionem, per quem modum est in creatura
singulariter. Secundus autem istorum modorum

Sancto Porciano

supponit primum, quia in nullo est Deus per gratiam, in
quo non sit prius per essentiam, presentiam, & potentiam,
ergo tertius, qui est per assumptionem, supponit secun
dum, qui est per gratiam inhabitantem.

2. Item in illud quod excedit facultatem naturae, natu
ra non potest peruenire, nisi mediante gratia, sed assum
ptio a persona diuina maximè excedit facultatem nat
ure, ergo ad hoc non potest pertingere natura, nisi per
gratiam eleetur.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia in his
que miraculo sunt non requiritur aliqua dispositio me
dia, sed assumptio naturae creatae a persona diuina est
maxime miraculosa: ergo non requiritur aliqua dispositio
media, nec gratia nec aliqua alia.

4. RESPONSI O. Premitenda est primo duplex
distinctio, vna de gratia, alia de medio, quibus positis pa
tebit de facili solutio questionis. Quantum ad primum
sciendū est quod gratia dicitur duplicitate. Vno modo pro gra
tuitate dei voluntate, quia Deus aliquid gratis facit non ex
necessitate, nec ex meritis. Alio modo pro habitu perfici
ente anima. Similiter medīū vniuersitatis duplex est, quad
dam est vniuersitatis solum, & non vniū: & illud vocatur
medium efficiens, sicut reconcilians discordantes dicitur
esse medius, vel mediator inter eos, aliud est medius vni
us & vniū, & istud vocatur medium formale, sicut color
vniū corpori mediante superficie. His suppositis dicen
dum est quod si gratia accipiatur primo modo (scilicet pro
gratia dei voluntate) sic assumptio est facta mediante
gratia, quia gratia dei voluntate non ex meritis prae
dictis factum est, & natura humana vniatur verbo, &
sic loquitur Aug. 14. de Trin. dicens quod in rebus per tem
pus exortis summa gratia est quod Deus in vnitatem perfon
nat homini nullis meritis precedentibus copulatur, sed
ista gratia est medium vniuersitatis tantum, id est, vniuersitatis fa
ciens. Si autem gratia accipiatur pro habitu perficiente ani
mam, sic assumptio non est facta mediante gratia, ita quod
gratia fuit medium formale, quia de se patet, & non fuit
medium effectuum, sed solum virtus diuina. Et quod ita
sit, probatur sic. Si gratia in assumptione naturae humanae
fuerit medium, aut fuisset medium necessitatis, aut con
gruitatis, non medium necessitatis, quia fuit patitur prius,
creatura irrationalis potuit assumi, que tamen non est ca
pax gratiae, ergo gratia non est medium necessitatis ad
assumptionem, nec medium congruitatis. Primo, quia
natura assumptionis personatur in verbo sicut personatur fui
set in proprio supposito, una enim personatio supplet
vicem alterius, sed natura humana sibi fuit derelicta
personata fuit in proprio supposito non mediante gra
tia, ergo sine ea personatur in verbo. Secundo, quia illud
quod sequitur vniuersitatem non est medium in vniione, sed gra
tia habitualis secuta fuit in Christo ordine naturae, licet
non temporis, vniō naturarū in persona verbii, ergo gra
tia habitualis non fuit medium vniuersitatis. Major pater. Mi
nor declaratur, quia fuit se habere esse ad operari sic gra
tia vniuersitatis ad gratiam habitualē, cuius ratio est, quia vno
facta est, vt natura humana habeat suum esse in supposito
diuino, gratia autem datur propter bene operari, fedele
se precedit operari, ergo gratia vniuersitatis vel vno ipsa pre
cedit gratiam habitualē, & hoc innuitur Ioan. i. cap
vbi dicitur, vidimus gloriam eius quasi vngeneritati
plenum gratiae & veritatis, per quod datur intelligi quod ex
hoc ipso quod ille homo est vngeneritus à parte quod ha
bet per vniuersitatem habet plenitudinem gratiae & veritatis,
ita quod gratia est quidam effectus consequens ad huius
modi vniuem.

5. AD Primum argumentum dicendum, quod inter
illos tres modos quibus Deus est in rebus, secundus in
ordines qui est per gratiam supponit primum modum, sicut
gratia supponit naturam, sed secundus qui est per gratiam
habitualis, & tertius qui per gratiam vniuersitatis non ha
bent inter se necessariam colligantiam, quia huiusmodi
gratiae non dependent ad se inuicem, diuisiones enim gra
tiarum sunt, & una potest haberi sine altera, vnde illi tres
modi non sunt per se ordinati secundum rationem primi
medii & ultimi.

6. Ad secundum dicendum est quod natura non attingit illud
quod excedit facultatem naturae nisi per gratiam eleetur,

sed

Lib. III. Distinctio. III.

sed non oportet quod illa grata sit habitus vel medium formale, sed sufficit quod sit gratia dei voluntas supposito quod non sit repugnans ex parte naturae & sic per gratiam hoc est per gratiam dei voluntatem assumpta sit humana natura a verbo in viratem personae.

Sententia huius distinctionis Tertia

in Generali & Speciali.

Q UOD R I T V R etiam de carne verbi &c. Superioris determinatur Magister quid de humana natura assumpti Dei Filius. Hic vero determinat conditionem assumpti. Et dividitur in duas. Primo enim determinat veritatem. Secundo circa veritatem determinatam mouet quoddam questiones. Secunda ibi, cum autem illa caro. Prima dividitur in duas. Primo ostendit conditionem assumptae, vel carnis assumptae, scilicet quod fuit ab omni contagione peccati immunis opere sancti spiritus. Secundum dicit conditionem matris de qua assumptum est ibi, Mariam quoque totam. Haec secunda dividitur in tres. Primo ostendit conditionem Virginis matris ante conceptionem carnis assumptae. Secundum ostendit conditionem ipsius post conceptionem. Secunda ibi, potentiam vero gerandi. Tertia ibi, Quod autem sacra Virgo. Secunda pars in qua mouet dubitationem ibi, cum autem, illa caro dividitur in duas secundum duas dubitationes quas mouet, & solvit. Quorum prima est circa propaginem carnis Christi ex remotis parentibus (scilicet Adam & Abraham.) Secunda est circa conceptionem eius in proxima matre ibi, illi autem sententia. Prima istarum dividitur in duas. Primo mouet dubitationem & solvit. Secundum ex solutione quandam conclusionem elicit ibi, Quocirca primis nostris malis. Hac est sententia.

IN SPECIIS si procedit & primo proponit duas questiones. Quarum prima est utrum caro Christi prius fuerit obligata peccato quam concepta, & a carne Virginis separata. Secunda est utrum caro a verbo fuit assumpta obligata peccato vel non. Et responderet primus quod caro illa ante conceptionem fuit peccato obligata sicut & reliqua caro Virginis. Similiter ad secundam responderet negatiuē, scilicet quod caro illa ad hoc quod vniuersit verbo immunis fuit ab omni peccato sancto spiritu operante, remansit tamen in ea possibilias peccandi non necessitate, sed voluntate. Postea dicit quod sanctus spiritus preueniens virginem ipsam ab omni peccato purgavit ipsum peccati fomites, vel penitus evacuando, vel sic debilitando ut nihil ex tunc posset existere & eam inclinarer ad malum. Deinde dicit quod habuit mater potentia generandi absque virili femine sine via virginitatis, & nati, non tamen fuit caro Christi alterius naturae quam aliorum hominum, sed fuit in eodem excellens gratia singularis, ad quem probanda inducit primo autoritates Dan. Secundo autem dicit quod mater Christi post carnem Christi conceptionem ab omni peccato fuit immunis & sancta, & omni gratia repleta. Quod probat auctoritate Aug. Postea querit utrum Christus fuit determinatus in lumbis Abraham sicut Leui cum eterno fuerit in eo. Et dicit quod non, quia Leui fuit in Abraham secundum rationem feminalem, & ab eodem descendit secundum legem communem, scilicet per carnis libidinem, Christus vero fuit datum in ipso Abraham secundum causam materialem, & non secundum legem communem, & inde descendit, & ideo omnes in Adam peccaverunt, non tamen Christus. Postea dicit quod talis caro fuit in Christo, qualis fuit in statu innocentiae instituta, & idem dicitur a summis primitis nostris, unde caro eius fuit similis nostra carni, non in culpa, sed in humanis propensis, unde licet sit eadem caro aliquorum hominum secundum naturam, tamen ista fuit per gratiam concepta, & sanctificata, & nata, quod alii homines non habent, & propter hoc caro Christi non fuit obligata peccato. Ultimo mouet alia dubitationem, quia enim dixerat carnem Christi non prius conceptam quam assumptam, tamen obicit per quoddam verba Aug. dans intelligentiam verborum eius. Addit etiam infinite adducens dictum Damasc. ad confirmationem predicatorum, &c.

QUESTIONE PRIMA.

Utrum beata Virgo indiguit sanctificatione.

Quæstio I.

217

Circa distinctionem tertiam queruntur duo in generali. Primum est de sanctificatione beatae Virginis. Secundum est de effectu sanctificationis. Circa primum queruntur duo. Primum est, an beata Virgo sanctificatione indiguerit. Secundum est de tempore quo sanctificata fuerit. Ad primum sic proceditur, & videtur quod beatissima Virgo sanctificatione non indiguerit, quia non indiguit sanctificationem, nisi propter peccati actuale, vel originale, non propter peccatum actuale, quia secundum omnines sanctos & doctores, ipsa nunquam peccatum actuale commisit. Nec propter peccatum originale, ut videtur, quia dolor partus est pena peccati originalis in mulieribus (secundum illud quod Dominus dicit Gen. 3, primum mulieri, in dolore partus filios.) Sed beata Virgo non peperit cum dolore, ergo non contraxit peccatum originale, & sic ad ipsum tollendum non indiguit sanctificationem.

2. Ita incineratio seu reuersio corporis humani in puluerem est pena peccati originalis (secundum illud Gen. 3, puluis es, & in puluerem reuerties.) Sed corpus beatissimae Virginis non fuit reducendum in puluerem, ergo non habuit peccatum originale. Minor probatur, quia ecclesia tenet quod ipsa fuit assumpta in anima & corpore.

3. IN CONTRARIUM est quod dicitur in Ecclesiasticis dogmatibus, firmissime tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur cum originali peccato nasci, sed beata Virgo fuit concepta per concubitum viri & mulieris, ergo peccatum originale contraxit.

4. RESPONSO. Si cedum est quod aliquis potest indigere sanctificationem per gratiam dupliciter. Uno modo ut habeatur gratia ad eleuandum & perficiendum aliquam natum folium, & non ad tollendum aliquam culpam. Alio modo ut habeatur gratia ad tollendum aliquam culpam & eleuandum naturam. Primo modo indiguerunt sanctificatione angeloi boni, qui nunquam peccaverunt, & homo in ita tamen innocentia, ut dicitur fuit in. 2. lib. Hoc etiam modo indiguerunt sanctificatione beata Virgo, dato quod non fuisse concepta in originali peccato, quia gloria non habetur nisi mediata gratia, secundum illud Rom. 6. gratia dei vitaerna: & ideo ad habendum gloriam seu vitam aeternam necessarium est natura perfici per gratiam, dato quod non fuisse infecta per aliquam culpam. Secundo modo non indigent sanctificari, nisi illi qui commiserunt aliquam culpam vel contraxerunt, & secundum hoc ad sciendum an beata Virgo tali sanctificatione indiguerit inquirendum est an peccatum originale contraxit, & hic est duplex modus dicendi.

5. Primus est, quod beata Virgo non fuit concepta in originali peccato, sed simul tempore fuit animata, & gratia ipsi data. Et huius dicti ostenditur primo possibiliter, quod scilicet ita fieri potuerit. Secundo congruita quod ita fieri de cuerit. Et tertio probatur quod ita factum fuerit. Possibilitas ostenditur hoc modo, quia quanvis peccatum originale sit formaliter tantum in anima, in carne tamen est quoddam qualitas vel infectio morbida, ratione cuius ex coniunctione anime ad carnem habentem talem morbidam qualitatem contrahitur peccatum originale: cum igitur ista qualitas morbida sit aliud ab ipsa carnem potuit virtute diuina conferuari talis massa carnis, ne inficeretur, & si esset infecta potuit mitiari ante infusione anime, ut si quantum ex parte generatis fuerit caro immunis & morbida, in le, tamen virtute diuina mundante facta esset immaculata & munda ut sic ex visione anime ad ipsam non contraheretur in animam peccatum originale, & sic patet possibiliter.

6. Congruitas vero pater sic, filius tenetur honorare matrem quantum decet & potest, sed non satis honorasset eam, si in ea non præuenisset omnem culpam, ergo &c. Et confirmatur per Anfel. de conceptu virginali, qui dicit quod decuit ut illius, scilicet Christi, conceptio ex purissima marre fieret, que ea puritate niteret, quia sub deo maior nequit intelligi, sed certum est esse aliquas creaturas (vt pote angelos bonos) in quibus nunquam fuit aliquod peccatum, ergo multo magis in beata Virgine. Item scilicet Christus fuit perfectissimus mediator, ita Virgo ipsa fuit conuenientissima mediatrix, sed hoc non fuisse

EE spf